

J.H.  
124  
77

*De origine mansuetudinum promag  
eorum fide*

773  
H i  
1760

ILLUSTRIS AUGUSTEI  
NATALITIA LXXVII.

EX  
INCLYTI FUNDATORIS

DIVI AUGUSTI

DUCIS SAXONIÆ ET PRIMATIS GERMANIÆ  
PIO STATUTO

ET  
MANDATO CLEMENTISSIMO  
*SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI*  
DOMINI

JOHANNIS  
ADOLPHI

DUCIS SAXONIÆ JULIÆ CLIVIÆ AC MONTIUM ANGARIÆ ET WEST-  
PHALIÆ LANDGRAFI THVRINGIÆ MARCHIONIS MISNIÆ ET UTRIUSQUE LU-  
SATIÆ COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGICI COMITIS MARCÆ RAVENSBERGÆ  
ET BARBÆ DYNASTÆ RAVENSTEINI MAGNI ORDINIS AQUILÆ ALBÆ SAR-  
MATICI EQVITIS S.C.M. ET S.R. I. SUMMI REI TORMENTARIÆ PRÆFECTI PO-  
TENTISSIMI POLONIARUM REGIS ET ELECTORIS SAXONIÆ CAMPI MARE-  
SCHALLI NEC NON PEDESTRISSIMÆ LEGIONIS SAXONICÆ

CHILIIARCHÆ RELIQUA  
*PRINCIPIS AC DOMINI ET NUTRITORIS NOSTRI LONGE*  
*INDULGENTISSIMI*  
SOLENNITER CELEBRANDA  
INDICIT

ET  
AD ORATIONEM

*D. d. NOVEMBR. MDCCXL.*

IN AUDITORIO ILL. AUGUSTEI MAJORI  
BENIGNE AUDIENDAM

PERILLUSTRES SERENISSIMÆ AULÆ MINISTROS ET U-  
TRIUSQUE REIPUBL. PROCERES NEC NON LITE-  
RATOS HUIUS CIVITATIS UNA CUM ILL.  
AUGUSTEI CIVIBUS

*OBSERVANTISSIME OFFICIOSISSIMÆQUE*

INVITAT

M. CHRISTIANVS REINECCIUS, SS. TH. B.  
CONSIL. SAXO-WEISSENF. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.







MONASTERIA dicuntur à Græco *μοναχὸς solus sum, solitarius* *vita*, & Monachi *μοναχοί* sunt quasi *soli degentes & solitariam* vitam agentes. Hi prima ætate fuerunt *Eremitæ & Anachoretæ* in locis desertis latentes & DEO servientes. Quibus cum plures se adjungerent, *cœnobitæ* vocati sunt, eorumque habitacula *cœnobita*, à *xovos communis & Bivis vitæ*, appellantur, quod communem vitam ex communi suppellectile in solitudine agant. Hoc enim discrimen inter *monachum & cœnobitam*, item *monasterium & cœnobium* annotavit *Joh. Cassianus* collat. 18. c. 10. Ad hanc autem vitam extra urbes in agris, silvis & desertis agendam tempore persecutionum, sub Decio imprimis, quidam Christiani metu cruciatuum compulsi videntur, ut fugerint in loca deserta, ibique tutoria receptacula quasi verint ad serviendum Deo sine metu & strepitu. Quæ vitæ ratio semel inita, quibusdam postea Christianis adeo jucunda visa fuit, ut finitis persecutionibus noluerint ad pristinos lares reverti, sed in suis casulis & cellulis, quas sibi in desertis apparaverant, manere maluerint. Quos deinceps plures vitæ turbulentæ in civitatibus pertæsi Seculo IV. & sequenti secuti sunt. Inter primos & principes ex Sec. 3. nominatur PAULUS THEBÆUS & post illum ANTONIUS, quorum ille sibi soli suæque vitæ solitariae auctor extitisse, hic vero in Ægypto multorum magister factus legitur apud *Hieronymum* in Vita Pauli Eremitæ, & in ep. ad Heliodorum, conf. 7. *Cassiodorus* l. c. c. 6. His accessit *Hilarion* auctor monasteriorum in Palestina V. *Hieronymus* in vita Hilarionis. Nec Clerici prima ætate fuerunt sed Laici, clericis ubique contradistincti in *Codice Canonum Ecclesie Universalis* c. 186. & apud *Hieronymum* ep. ad Heliodorum & in ep. ad Rusticum monachum, conf. *Augustinus* in ep. 76. & 135. & ferme illiterati extiterunt. Nam *Sozomenus* L. 1. Hist. c. 13. de *Antonio* refert, illum *litteras nec novisse nec magni aestimasse*. Totum ipsorum negotium in exercitio pietatis fuit positum, ut in vita solitaria DEO servirent, laborarent, suisque manuum laboribus victum sibi & aliis pararent. Atque in hoc statu *Laicorum* diu hæserunt antequam inter clericos fuerint relati monachi. Diu quoque extra urbes suas habuerunt habitationes, monasteria & cœnobita, & ab ingressu civitatum se continuerunt, mox & prohibiti sunt, maxime cum immiscere se civium negotiis inciperent monachi. V. Synodi Chalcedon. can. 4. & 22. conf. *Hebenstreit* in Pentade de Eremitis p. 155. Postquam autem Literatis hoc genus vitæ eremiticæ in agris ad tubescere cœpit, florere cæperunt studia S. Literarum in monasteriis, & accurrerunt multi, partim ex zelo pietatis, partim ex studio affectatæ novitatis, partim etiam ex cupiditate proficiendi in literis & artium disciplinis. Factum enim est, ut Parentes filios suos monachorum informationi traderent, ipsique monachi alii ab aliis discerent & imbuerentur literis & disciplinis. *Hieronymus* haut leviter in literis versatus, nihilominus in monasterio a quodam fratre, qui ex Hebræis erat, elementa Hebraica didicit V. *Hieronymus* in ep. ad Rusticum monachum, ubi & ipse monachum hunc his verbis commouit: Hoc dico, ut etiam si clericatus te titillat desiderium, *discas ut possis docere*, & rationalem hostiam offeras Christo, *ne miles sis antequam tyro, ne prius magister sis, quam discipulus*. - mihi quidem placet, ut habeas Sanctorum contubernium, nec ipse te doceas, & absque doctore ingrediaris viam, quam nunquam ingressus es - *de ludo monasteriorum hujusmodi volumus egredi milites &c.* His jungimus illa *Chrysostomi* et libro 3. adv. Vituper. Vitæ Mon. T. 4. p. 457. 14. Nonne Agricolas videtis, ut etiam cum satis prosperant laborum fructus carpere, acerbos tamen eos nunquam metere sulsineant? Ergo ne nos quidem intempestive liberos nostros ad deserti commoratione revocemus - quanto enim amplius fuerint in schola virtutis exercitati, tanto ampliores vires adipiscantur. Sin autem tu mavis atque ita videtur - ille ter-



minus sit solus, qui ad maturam frugem perducatur suos in illis boni operis fructus, tum-  
 que solum ex deserto redeant, prius autem nullo modo, Generatim ergo libertas  
 cunctis relicta fuit eundi in monasteria, & probe eruditus emigrandi, peregrinandi &  
 alio se conferendi, quod ipsius *Hieronymi* aliorumque exemplo constat, imo & rever-  
 tendi ad vitam secularem. Nulla apud antiquos coactio, nullum votorum proprie  
 dictorum vinculum, nulla resistentibus e vita monastica poena dictata fuit, sed tantum  
 notam subibant inconstantiae & infirmitatis. Ex vero igitur scripserunt CONFES-  
 SORES in Augustana Confessione art. 6. abuluum, Augustini tempore monasteria fuisse  
*libera collegia*; item *olim fuisse scholas sacrarum literarum & aliarum disciplinarum,*  
*quae sint utiles Ecclesiae* &c. Haec quidem impudentissime mendacia vocat *Bellarminus*  
 T. 2. Controv. de Votis monast. c. 6., eumque gregis sui ducenti secuti sunt plures, item  
*Forerus & Lämmanus* Compositionis Pacis Dilingae 1629. editae Auctores p. 331. & multa  
 errasserunt loca S. Scripturae & S. Patrum, in quibus vel votorum mentio fit, vel  
 commendatio virginitatis habetur, vel commemoratio paupertatis & eleemosyna-  
 rum & communionis bonorum legitur. At enim vero non hic de eo agitur: an vota  
 in V. & N. T. obtinerint, nec quaritur: an servanda sint vota libera, pia & honesta;  
 Non negatur Eremitas quosdam & primos monachos, quos novimus, fuisse caelibes,  
 quod vero omnes, qui metu persecutionis in deserta fugerunt & eremita facti sunt, coe-  
 libes fuerint, & manserint, merito dubitatur, vel etiam negatur, conceditur autem  
 Patres nonnullos monachismo valde addictos virginitatis & continentiae commendato-  
 res exitisse, sed solenniter caelibatum & virginitatem vovisse non leguntur. Divites  
 & Pauperes in monasteria secessisse novimus, eorumque propositum & professionem  
 vitae monasticae quandoque apud antiquos scriptores *παρηλαξ* vocari *votum*, non igno-  
 ramus, sed de votis proprie dictis iisque Papisticis coactis & imprudenter factis disputa-  
 tur, & negatur quod seculis primis & quidem quibus primum innoverunt mona-  
 chi III. IV. & V., talia vota virginitatis paupertatis & obedientiae ab Eremitis, Anach-  
 retis, coenobitis & monachis fuerint extorta & solenniter praestita. Commendari pot-  
 est *caelibatus & virginitas* intra & extra monasteria iis, qui capiunt verbum hoc, &  
 quibus datum est, donoque continentiae à DEO donati & instructi sunt, de reliquis  
*Hieronymus* in Eccl. 5. audiendus est: *quod non potes facere, ne promittas*. Pariter-  
 que *erogatio eleemosynarum* quin & *communio bonorum* pro cuiusque statu & necessita-  
 te, & quando talis ratio adest, qualis tempore Apostolorum sub plantatione Ecclesiae  
 Hierosolymis aliquamdiu obtinuit, locum invenit, libera & spontanea: sed & illa  
 pro certis circumstantiis & necessitatibus pauperum omnibus Christianis, qui opibus  
 pollent hodieque communis est, nullibi autem ad monachatum restricta aut votis sub-  
 jecta. In nullo enim casu DEUS tentandus est imprudenter factis votis. Omnia officia,  
 Christianis in Verbo DEI praescripta, sunt communia & pro cuiusque Christiani statu &  
 sorte servanda sunt. Nihil in his pro monachis est instituti peculiaris Divini praescriptis  
 Christianis. Digna memoratu sunt verba *Chrysolomi* in Matth. c. 2. hom. 7. T. I. N. T.  
 f. 88.: omnia siquidem mandata Legis nobis sunt monachisque communia *τὰ ἅπαντα γὰρ  
 μὲν*, quatuor & hic quoque B. Paulus admonet, per cuncta monachis aequae nos  
 cupiens, ut qui habent uxores, sint tanquam non habentes; quae & leguntur I. 3. adv.  
 Vitup. vitae monest. c. 12. T. 4. Opp. p. 417. conf. *Basilii M.* de abdicacione seu renun-  
 ciatione seculi p. 231. Ut ergo non nisi caelibes in monasteria ingressi, aut etiam ad-  
 missi eo Seculi IV. vel V. tempore fuerint, ipsique monachi caelibatum sibi proposue-  
 rint: non tamen inde sequitur, quod solenni voto adstricti fuerint. Sunt namque  
 & hodie quaedam officinae negotiorum secularium & communium, in quibus nulli  
 uxorati admittuntur, sed soli caelibes servitio funguntur, non autem voto se obstrin-  
 gere coguntur, sed alia civilis ratio subest, ob quam non nisi caelibes seu non uxorati  
 ad-



FK II: 1760 X 313 3902

admittuntur, & illa olim esse potuit apud cœnobitas, eaque forte magis pia & domestica, quam de qua inter suos in Ecclesia Pontificia conqueritur *Hoffmannus* apud *Andr. Fabricium Leod.* in Harm. A. C. p. 529. Votorum solemnitate nemo antiquorum meminit *V. Erasmus* in Antidoto ad Hieronymi ep. ad Rusticum Monach. T. 1. Opp. p. 52. & *Polyd. Virgilium* l. 7. de Rerum invent. c. 1. p. 479. Unde *Joh. a Darentria* ap. A. Fabricium l. c. p. 510. fatetur, *non satis constare, an tum voverint nec ne.* Certe *Possidonius* in Vita *Augustini* de votis silet. *Epiphanius* sine solemnitate voti monachus factus legitur T. 2. Opp. p. 324. *Pachomius* apud *Palladium & Basilius M.* in Regulis ejusmodi vota Papistica non referunt, & ne *Benedictus* quidem Regulae suae c. 58. quicquam habet de votis, sed *habilitatem, morum conversionem & obedientiam* Regulae suae substantialia fecit. Et quid? in Ecclesia prima ex ipsis *Apostolis* fuerunt uxorati, & inter illos qui communionem bonorum fecerunt pariter uxorati fuerunt Act. 2. 42. c. 5. 1. & 15. & *Apostolici viri eorumque successores* in matrimonio rixerunt. Quin imo tempore Hieronymi *Sacerdotes* quam plurimi uxorati fuerunt & liberos genuerunt cum omni castitate. *V. Hieronymus* l. 2. ad Jovian. l. 1. T. 2. Opp. p. 32. & de *Monachis* idem testatur. *Arbanasius* in epist. ad Dracont. T. 1. Opp. p. 958. & *Augustinus* de Hæres. c. 40. Nulli leguntur solemniter vovisse caelibatum, aut traditionem bonorum, sed libere & sine voto fecerunt, quæ secerunt, nec omni tempore se possessione bonorum exuerunt illi, qui cœnobita ingressi sunt cœnobita *V. Hieronymus* in Vita *Hilarionis* T. 1. Opp. p. 7. Sua ergo AUGUSTANÆ CONFSSIONIS assertio, quod *Monasteria olim libera fuerint collegia*, constat veritas. Et facilius adhuc est ratio ejus, quod *olim fuerint Scholæ S. literarum & aliarum disciplinarum, quæ sunt in iles Ecclesiæ.* Hoc ex superioribus jam patuit, & plerique Pontificii ultro id fatentur. *V. Andr. Fabricius* l. c. & alii alibi passim. Et licet non plane cessaverit ista scholarum ratio in Monasteriis Papisticis: tamen Status Protestantium in suis territoriis magis pristino ritui & usui Ecclesiæ restituerunt monasteria. Innumera in Saxonia superiori & inferiori, & etiam in aliis regnis & territoriis reperiuntur adhuc apud Protestantes monasteria libera, in quibus Studia Sacra & exercitia pietatis vigent & in quibus Scholæ erectæ sunt. Non enim monasteria licet sint instituti tantum humani Regibus & Principibus Statibusque Protestantium simpliciter improbantur, sed suis locis libera relinquuntur iis, quibus præ alia vitæ ratione hæc convenire putatur, ut in monasteriis vivant & sine secularibus turbis & impedimentis DEO serviant, studeant, orent & laborent, præcis inconsideratis votis, superstitionibus & opinionibus gratioris cultus Divini, satisfactionis pro peccatis, acquisitionis justitiæ & remissionis peccatorum, & meriti & operum supererogationis aliis vendendorum. His præcis abusibus non improbantur, monasteria, sed retinentur multis in locis, in iisque vivunt Abbates & Conventuales plerumque & cœlibes, & Studiosi adaptantur ministerio Ecclesiæ aliisque officiis Ecclesiæ utilibus. Habentur & monasteria Virginum passim, sed omnia libera & sine coactione votorum & sine opinione meritorum justitiæ & remissionis peccatorum. Quo de jam alibi diximus & alio forte tempore plura dicemus. In præsentem Festo Natalitiorum Illustris Augusti LXXVII., nostrum in Monasterio *Weissenfelsensi* erectum Gymnasium non tantum dignis efferemus laudibus, sed & id in primis curandum nobis esse proponemus, ut amplissimis DEI beneficiis & munificentissimis Serenissimorum Principum institutis in Illustris AUCUSTEO respondeant Docentium pariter ac Discipulorum officia. Rogo itaque Honoratissimos omnium Ordinum Patronos & Cultores Literarum, ut exoptatissima sua præsentia & frequentia Solennitate Festi hujus ornare & solemniorum reddere ne graventur. P. P. Dom. XX. Trin.

Anni MDCCXL.

LEUCOPETRÆ,

Literis G. A. Legii, Aul. & August. Typogr.

mc



J.H.  
124  
77

733  
Hi  
1760

*De origine marassencorum primaz  
eorum fabe*

ILLUSTRIS AUGUSTEI  
NATALITIA LXXVII.

EX  
INCLYTI FUNDATORIS

DIVI AUGUSTI

DUCIS SAXONIAE ET PRIMATIS GERMANIAE  
PIO STATUTO

ET  
MANDATO CLEMENTISSIMO

SEDENSI SIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

ANNIS

DOLPHI

IAE AC MONTIUM ANGARIAE ET WEST-  
LIAE MARCHIONIS MISNIAE ET UTRIUSSQUE LU-  
NEBERGICI COMITIS MARCAE RAVENSBERGAE  
TEINII MAGNI ORDINIS AQUILA ALBAE SAR-  
L. I. SUMMI REI TORMENTARIAE PRAEFECTI PO-  
EGIS ET ELECTORIS SAXONIAE CAMPI MARE-  
PEDESTRIUS LEGIONIS SAXONICAE

LIARCHE RELIQUA  
I ET NUTRITORIS NOSTRI LONGE  
ULGENTISSIMI

ITER CELEBRANDA  
INDICIT

ET  
ORATIONEM

NOVEMBR. MDCCXL.

O ILL. AUGUSTEI MAJORI

IGNE AUDIENDAM

ISSIMAE AULAE MINISTROS ET U-

L. PROCERES NEC NON LITE-

CIVITATIS UNA CUM ILL.

GUSTEI CIVIBUS

ISSIME OFFICIOSISSIME QUE

INVITAT

S REINECCIUS, SS. TH. B.

ENF. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.

